



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

13. Vigiliis, & somnum hominis, esse monimentum mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

logium erat, à quo singulis horis admonebatur cogitare, quod quaque hora S. Theresia sponte & cogitabat, & dicebat: Iam unâ horâ vicinior sum patriæ, vicinior æternitati. Idem nobis in mentem venire debet, quoties horam vel videmus, vel audimus de vita nostra decessisse. Immo quoties ambulamus, existimemus nos singulis passibus morti factos esse propinquiores. Hoc insignis ille Idiota docuit, qui cum dixisset, *vitam nostram comparari umbra, qua semper sequitur corpus*, subjunxit: *Nec aliud est vita nostra, quam sursus ad mortem. Et quamvis homines laborent, ut diu vivant, nihil tamen est aliud vivere, quam ad finem currere. Quare ipsi ambulant, quò peruenire nolunt; ac currunt voluntarij ad terminum, quem refugiunt.* Quin homines siue se ferro arment, siue vestibus ornent, tam in telis, quàm in velis, mortis memoriam circumportant. Quid enim aliud sunt gladij, hastæ, pugiones, & sagittæ, quàm, ut Scriptura loquitur, *vasa mortis*? Enimvero, in diuinis litteris, framea atque alia telorum genera, pro hieroglyphico mortis habentur; nec aliud, quàm mors intelligitur illo loco Psalmi: *Erue à framea, Deus, animam meam*; teste Pierio; qui etiam obseruat, apud Scythas (qui multa Ægyptiorum more, à quibus instituti sunt, fixerunt) *gladium fuisse mortis symbolum.* Quorsum enim arma gestantur, nisi ad occidendum? Quòd si autem vestes hominis intueamur, ad quid eæ induuntur, nisi partim honestatis, partim defensionis gratia? Multi enim regementis destituti, frigore perierunt: Quin immò calceos tuos intuere, etsi vel sicionia sint, & Adonidis cothurni, tamen corium sunt ex mortuo animali. Ipse exuvie leonis, quas sibi Hercules circumdedit, quid aliud sunt quàm belluæ pellis, & belluæ ab homine interfectæ? Qualem etiam ouibus demptam Davs primis parentibus iniecit: siquidem fecit *Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, ut aspectu amictu suo mortis recordarentur.*

Idiota lib. de
contempl.
mortis.
S. 14.

Psal. 7. 14.
Pier. Valer.
lib. 42.

Psal. 21. 21.

Gen. 3. 21.

XIII.

Vno verbo, siue vigilet homo, mortis causa vigilare jubetur, quia nescit, *quâ horâ Dominus venturus sit*; siue dormitum eat, illud vel à Poëta audit sibi insurrari.

Quid, lib. 6.
de arte el. 2.

*Infelix, tota quicumque, quiescere nocte
Sustinet, & somnos premia magna vocat.*

Stulte,

Sicute, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Et alius Poeta ait: *prestig; jacentem*

Dulcis & alta quies, placidaq; simillima morti.

Quam similitudinem vt exprimerent ijdem vates, haud incite
fixerunt somnum esse mortis fratrem.

Volucer matris genus Astrea,

Frater dura languide mortis,

ait ille. Hinc est illud Sinopaei Cynici, qui, cum esset vicinus
morti, & praeter solitum somno premeretur, medicusque ipsum
subinde expergefaceret, ac dehortaretur: *Ne mireris, inquebat,*
frater fratrem anteverit; vt memorat Laertius, apud quem
etiam Secundus Philosophus ab Adriano Imperatore interroga-
tus, Quid esset mors? Respondit: Aternus somnus, dissolutio cor-
porum, diuitum pauperum desiderium, inevitabilis euentus,
incerta peregrinatio, latro hominis, somni pater, fuga vita, vinorum,
discessio, resolutio omnium. Cetera sunt. Est mors somnus, sed
non aternus. Verius ergo a Ioan. Dugone Philonio dictum est:
Sicem exactiore pensites iudicio, nihil aliud est mors corporu nostroru,
quam somnus diuturnior solito. Neq; tamen diutius, quam ad nouis-
simum CHRISTI aduentum duraturus. Hoc nomine sacra littera,
quos alij, vulgari more, mori, & mortuos, ipse dormiturire, ac dor-
mientes dicere solent. Cuius rei non ignarus, bono esse debes animo.
Cubitum eo, non occubitum. Non interit, qui rediuius aliquando
resurgit. CHRISTVS Author est nobis bene sperandi: exemplo suo
docens, vt, quemadmodum ipse corporis mortem passus, resurrexit,
ita & nos resurrectionis futura spem certam habeamus.

Virgil. lib. 6.
Aeneid,

Senec. in
Hercule fu-
ren. act. 4.

Ioan. Dug. in
Tiliano, vel
scientia bene
morata.

Ne autem excusationem habeamus, si dicamus obliuionem
mortis non permittere, vt in nosmet ipsos mentem reflectamus,
ecce totus Mundus est praeco mortis. *Xerxes ille magnus Rex,*
ait S. Hieronymus, *potentissimusq;, qui subuertit montes, maria*
constravit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem, &
innumerabilem vidisset exercitum, fletisse dicitur, quod post centum
annos nullus eorum, quos tunc cernebat, superfuturus esset. O si pos-
semus super talem ascendere speculam, de qua vniuersam terram sub
pedibus cerneremus! iam tibi ostenderem totius Mundi ruinas, gentes

XIV.

S. Hieronym.
ad Heliodo-
rum.

Rrr

gentibus